

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

32. In eodem de mysterio S. Trinit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

IN

le signo

cœlum,

ut dum

ri, nisi

uæ ele-

tus san-

s es vel

e venire

noueris

arum, i.

erdotis,

i. Dein-

secundū

od enim

uiimus,

deserto,

et omnis

nsidera

futura:

uratum

ā Chri-

Canda-

e, mox

atus. z.

i coena,

t in cō-

dīcas,

nihil

DOMIN. TOTIVS ANNI. 69

nihil æquè ad conuersionem peccatoris, & vitam sanctam instituendam, ad pœnitentiam, ad gratias continenter Deo agendas posse mouere, ac meditationem crucifixionis Christi. Nec mirum, quia per illam omnes prophetiæ impletæ sunt, & ideo dixit. *Consummatum est.* 3. considera, *Iean. 19.* vocem oportet. nec enim tantum oportuit, quia prædictum fuit, sed quia ab æterno ita filius Dei decreuerat, & Pater ut fieret, ex mero amore in nos, mādauerat. O incredibile S. Trinitatis erga nos indignos amore.

MEDITATIO II.

De mysterio S. Trinitatis.

CONSIDERA cur Deus mysterium S. Tri-
nitatis, & alia nonnulla, vt Incarnationis, Eucharistiae, resurrectionis, noluerit à nobis intelligi, imo etiam rebus creatis naturales quænulla indiderit proprietates, quæ nullo ingenii humani studio capi in hac vita queat. Nimirū, ne si omnia caperemus, animo plus æquo extolleremur; & exēplo Luciferi, cū suis, nimiū de scientia elati, in barathrū rueremus. vt essemus humiles, & ignorantia cōfiteremur; vt cognosceremus nos ipsos, vt captiuado intellectū plus subiiceremur Deo, soli illi tribu-

E s ende



70 MEDITATIONES IN
endo scientiæ, omniūq; rerū gloriā, illaq;
subiectione, credēdo illi plus mereremur,
sicut meruit Abraham: qui quo minus sci-
re studuit, quid præciperetur, vel cur, hoc
gratior Deo effectus est.

Hebr.
11.

2. Considera quid credendum sit de S. Tri-
nitatis mysterio, nempe tres esse in diui-
nis personas, re inter se distinctas. Patrem,
filiū & Spiritū sanctū; vñā vero numero
naturā Deitatis, ac similiter vnam omni-
potentiam, æternitatem, immutabilitē,
immenitatem, maiestatem & gloriam, in-
tellectum, voluntatem, sapientiam, bo-
nitatem, & cætera, quæ in Symbolo Atha-
nasii habentur. Quare tota Trinitas po-
test dici, Vnus Deus in natura, omnipoten-
tia, &c. & Trinus in personis. Vnde dicens,
quāti facienda sit honorū societas, nam De-
us cū natura vñus sit, tamē societatē habu-
it plurium. 2. societatem eo perfectiorem
esse, quo maior inter socios est vnio. Vnde
in prima societate Christianorū post acce-
ptū Spiritum sanctū tanta erat vnio, vt o-
mniū esset cor vñū & anima vna. At in Tri-
nitate, nō est solū intellectus, volūtas, po-
tēria, sapiētia, bonitas, sed etiā natura vna.

A.R. 4.

3. Considera omnes homines creatos esse
ad imaginē & similitudinē Dei, & S. Trini-
tatis



IN
illaq;
remur,
us sci-
ur, hoc
S. Tri-
n diui-
atrem,
mero
omni-
litatē,
m, in-
a, bo-
Atha-
as po-
oten-
discis,
n De-
habu-
orem
Vnde
acce-
vt o-
Tri-
s, po-
vna.
s esse
tini-
tatis

DOMIN. TOTIVS ANNI. 71

ratis, quia in omnibus vna est anima spi-
ritualis, & tres spirituales potentiae, intel-
lectus, voluntas, & memoria, imò in o-
mnib. creaturis vestigium relucet S. Tri-
nit. In omnib. enim est aliqua natura, vis
vel potentia, ac operatio. Et quod eo plus
est & mirabilius S. Trinitas existit, in o-
mnib. creaturis etiam vilissimis secundū
essentiam, præsentiam & potentiam, & nisi
esset, omnes in nihilum reciderent. *A&G. I. 2*
enim vivimus, mouemur & sumus, vt dicit
Apostolus. Quod certe non facit, nisi quia
intimo amore omnes creature, quatenus
bonum aliquod in illis est, prosequitur.
Cur ergo vicissim non amabimus, non co-
pleteamur cretorem S. Trinitatem?

INFESTO CORPORIS
CHRISTI.

Ioan.6.

DIIXIT Iesus turbis. Caro mea vere est ci-
bus, & sanguis meus vere est potus. Con-
sidera ineffabilem filii Dei amorem erga
hominem. primò factus est homo, vt in v-
nam hipostasin se illi vniret. Deinde vt
singulis hominibus esset arctissime

E 4 sen.